



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 36. Ludovicus Franciæ in Occitania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Sedis cum Comite Montfortio Carcas-
sonam petiit.

Sæcul. XIII.
A. C. 1215.

§. XXXVI.

Ludovicus Franciæ in Occitania.

Hoc anno millesimo ducentesimo decimo quinto Ludovicus Regis Franciæ filius, cum Induciis inter parentem suum & Regem Angliæ initis, vacaret, votum ante triennium editum impleturus, contra Albigenes in Occitaniam movit, comitantibus Principem suum compluribus Optimatibus, duobusque Episcopis Belvacensi & Carcassonensi, quippe iste haud diu ante, a Comite Montfortio rogatus, ad negotia sacrae expeditionis curanda, in Franciam venerat. Locus, in quem sacri milites convenirent, indictus erat Lugduni, ad diem Paschæ, quod Festum hoc anno in diem decimam nonam Aprilis incidebat. Comes Montfortius Ludovico Principi, Domino suo, Viennam usque, & Petrus Beneventanus, Legatus, Valentiam obvios se se intulerunt. Porro Petrus Legatus Tolosanis, Narbonensibus aliisque Comitis Montfortii hostibus, secreto a Censura absolutis, Tolosam, Narbonam, aliasque Hæreticorum urbes suo præsidio tuebatur; timebat enim, ne Ludovicus, Regis Franciæ, suppremi totius Regionis Domini, filius na-

c. 82.

Z 2

tu

Sæcul. XIII.
A. C. 1215.

tu maximus, has urbes vel occupares, vel destrueret. Unde multi credebant, adventum hujus Principis Legato haud probari, qui dicebat: *Cum Regionem istam Hæresis infecisset, Rex Francia sæpe rogatus, ut eam ab hac lue purgaret, id efficere omisit, quare, postquam modo Papa, Crucigerorum auxilium monitus, has provincias in suam redegit potestatem, aq̄uitati consentaneum esse mihi non videtur, ut Ludovicus, me invito, quidquam moliat, maxime qui tanquam Cruce signatus & pie peregrinans venit.* Ludovicus, mitissimi ingenii Princeps, Legato respondit, nihil præter ejus voluntatem & consilium esse moturum. Attentus Lector in hoc loco notabit Curia Romanæ consilia & opinionem, subactas a Crucigeris militibus Ditiones Papæ jure subjeci.

Ludovico Principe, Valentia ad S. Egidium profecto, advenerunt Comes Montfortius & Delegati Concilii Montispessulani ad Papam, afferentes literas, quibus Pontifex Comiti Montfortio custodiam omnium ditionum, quas Crucigeri tenebant, committebat, quoad de tanto negotio accurate decerneret Concilium Generale, eodem anno mense Novembri celebrandum. In Epistola ad ipsam Comitem Montfortium data hic Princeps insigni elogio exornabatur, eum

eumque hortabatur Papa; in obsequio **Sæcul. XIII.**
 Jesu Christi (hoc enim nomen bello in **A.C. 1215.**
 Albigenſes dabatur) perfeveraret, & ſi-
 gnificabat, ſe cunctis Baronibus, Conſu-
 libusque illarum provinciarum præce-
 piſſe, ut ei in omnibus, quæ ad pacem
 & fidem ſpectarent, obedirent. Ergo
 Petrus Legatus, ut mandata Pontificis
 exequeretur, cum haud diu poſt Carcas-
 ſonæ cum Ludovico Principe verſaretur,
 Episcopis & Nobilibus viris, qui obſe-
 quii cauſa Principem, Regni Hæredem,
 ſequebantur, in ædes Episcopales con-
 vocatis, Montfortio Comiti, ibidem e-
 tiam præſenti, cuſtodiam illius regionis,
 uſque ad futurum Concilium univerſa-
 le, tradidit. Inde Tolofam ventum,
 cujus urbis mœnia dejecta. Tumque
 Ludovicus Princeps ceterique ſacri &
 peregrini milites, voto quadraginta dies
 militandi impleto in Franciam redierunt.
 Petrus quoque Beneventanus Legatus,
 cum ea, quæ ſibi mandata fuerant, effe-
 ctui dediffet, Romam repetiit.

§. XXXVII.

*Joannes Rex privilegia Anglorum
 confirmat.*

In Anglia poſt Natalem Domini anno *Math. Pav.*
 ſalutis milleſimo ducentefimo decimo *an. 1215.*
 quarto Regni Proceres, Londini colle-
 Z 3 ti,